



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 124. Petri Donati Cæsi Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. non est, illud tamen ad confirmandam
A. C. 1656. Jansenistarum oppositionem fuisse a Deo
 perpetratum, dicere exhorrescimus; si autem verum fuit prodigium, novum
 Sacras Reliquias venerandi argumen-
 tum Catholicis fuit suppeditatum, si
 vero falsum existit, ad propriam con-
 fusionem de eo gloriantur Jansenistæ,
 nam teste Augustino (*) etiam *Anti-*
christi opera dici possunt, esse signa men-
dacia, vel quia mortalis sensus per Phari-
tasmata deceptus est, ut quæ non faci-
facere videatur, vel quia si sint vera prodi-
gia, ad mendacia tamen pertrahent cre-
dituros.

§. CXXIV.

Petri Donati Cæsi Cardinalis
obitus.

Ciacon. in
vita Urban.
VIII. t. 4.

Ex Purpuratorum Collegio hoc anno
 quatuor decessisse comperimus, &
 primo quidem obiit Petrus Donatus
 Cæsius patria Romanus, qui adolescens
 Patrum Oratorii curæ commissus, Ro-
 mæ in pietate & literis adeo profectus
 ut spretis, quas generis nobilitas, &
 parentum favor amplissimos offerebat
 mundi illecebris sacræ militiæ nome-
 daret, & Jurisprudentiæ lauream pro-
 mere

(*) S. Aug. l. 20. de Civit. Dei c. 19.

mereretur. Postmodum ad varias Ab-
 batias promotus a Paulo V. Protonota-
 rius, & ab Urbano VIII. Cameræ Cle-
 ricus, Ecclesiæ Toletanæ Canonicus,
 necnon Ecclesiæ Thesaurarius renun-
 tiabatur, quo munere functus, ut cun-
 ctis fraudibus obviaretur, Regulas a
 Thesaurariis servandas edidit, tandem
 vero sacro Collegio adscriptus, in va-
 riis Congregationibus sua obsequia Sedi
 Apostolicæ utilissima dicavit, donec
 hoc anno die trigesima Januarii anno
 ætatis suæ septuagesimo primo ad æter-
 nam requiem properaret, sepultus in
 Ecclesia S. Praxedis.

Sæc. XVII.
 A. C. 1656.

§. CXXV.

Francisci Cherubini Cardinalis mors.

Alter erat Franciscus Cherubinus pa-
 tria Picenus, qui utriusque juris
 scientia clarus, Romæ Caussidicum
 longe celeberrimum egit, ac Pontificii
 Auditoris dignitate honoratus, ab In-
 nocentio X. Papa Presbyter Cardinalis,
 ab Alexandro autem Papa Senogalien-
 sis Episcopus nominabatur, quam ta-
 men Ecclesiam vix regendam suscepe-
 rat, cum jamjam anno nondum exacto
 die vigesima Aprilis, annos natus se-
 ptuaginta & unum, a sua Sponsa mor-
 tis

Ciacon. in
 vita In-
 noc. X.